



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibus Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendium.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 4. Naufragorum Christianorum cuiuseunque generis bona, etiam in
littoribus in uenta surripientes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

qui verò dicunt, hoc non esse
necessarium. Tertium, quod
indictum non sit bellum con-
tra eos, quos spoliare intendit.

Non omnes piratae hinc cõ-
prehendantur, sed discurren-
tes mare Romani Pont. Nec
afficiuntur hac censura qui in
terris depradantur: etiam si
postea in mari se abscondant
in nauibus suis. Nec afficiun-
tur nostri, depradantes Infi-
deles.

Receptatores, fautores, &
Defensores. Hanc non inclu-
duntur nostri remigare coacti
in triremibus infidelium spo-
liando Christianos. V. gol. Nec
consulentes, cum ipsi non sint
proprie fautores.

S. 4.

Naufragorum Christiano-
rum cuiuscunque generis
bona, etiam in littoribus in-
uenta surripientes.

R 2 Item

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcunq; nauibus, tempestate, seu in transfuersum (vt dici solet) iactatis. vel quomodo naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eisdem eiecta in mari, vel in littore inuenta cuiuscunq; generis bona, tam in nostris Tyrreni, & Adriatici, quam in cæteris cuiusq; maris Regionibus, & littoribus surripuerint. Ita vt nec ob quodcunq; priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seũ aliũ quemcunq; prætextum excusari possint.

Incurrit hanc censuram, qui animo bono, scilicet, ut ea seruet Domino suo, sibi accipit: sed postea mutato ani-

mo

mo, ea retinet uti propria.
 Suar. Sicut eadem non euadit,
 qui malo animo ea auferit: li-
 cèt postea ea restituat.

Non incurrit surriprens res
 hostium, cum quibus bellum
 gerit. Vgol Nec surriprens res
 Christianorum, qua portan-
 tur ad hostes nominis Chri-
 stiani contra prohibitionem
 Ecclesie. Neque consulentes,
 mandantes, fautores, recepta-
 tores, aut defensores. Nec sur-
 riprens bona derelicta, qua
 Dominus non fuisset amplius
 repetiturus. Ea tamen resti-
 tuere tenetur domino suo.

§. 5.

Imponentes noua pedagja, &
 gabellas, vel eas augentes

Item excommunicamus, &
 anathematizamus omnes qui
 in terris suis noua Pedagja
 seu Gabellas, præterquam in

R 3 cali-